

Iuris Anale&ta

In tit. De uerborum significatione, libro. V. Decretal.

Grego. I X. Ex commentarijs rerum quotidiana-

rum Io. Quintini Hedui, Iuris Doctoris

& ordinarij professoris Lutetiae.

P A R I S I I S

Apud Reginaldũ Chaudiere, in ædibus Simonis Coli-
naei, sub Sole aureo è regione gymnasij Bellouacensis.

M. D. XLIIII.

Cum priuilegio Proprætoris Parisiensis.

CLARO ATQVE INTEGRO

uiro, D. Gabrieli Damourso, in Magno Consilio Regis Consiliario Quintinus S.



FXPERIOR quotidie magis
magisque, nec uno modo, uerum
(uir amicissime) quod à Pytha-
gora profectum sæpe legeram,
ἓν φίλον ἔπερον αὐτῶν: ut nec una
tantum duorum sit anima, uolū-
tas una, iuxta uetus uerbum, sed etiam (quis crederet?)
in amicis idem sensus, & uisus & gustus idem sit. Non
uarijs uident oculis, non diuerso loquuntur ore: duobus-
que stomachis, non iam duobus, grata quadam meta-
morphosi in se inuicem transmutatis, amara dulcescunt,
amarescunt dulcia, nec fatua sunt amplius fatua. Ne lō-
gius excurram, non aliud mea mihi sapiebant Anale-
cta, quàm quod erant, acida, arida, exucca: nec sapiunt
adhuc, tametsi deuorata sciam ab auida iuuentute, sed
omnia cōcoquēte, in scholis præsertim: quarū libertate,
ne licentia dicam, sæpius abutimur, & ipsi nos decipi-
mus, dum (quod aiunt) ad digituli crepitum doctores è
suggestis nihil nō & imperamus & agimus, accusamus
ipsi & defendimus, approbamus & improbamus: at-
que inde συριαμαχῆς, si non facta, (dum non fuit qui
contrapugnaret antagonista) certè pulchrè ficta uictō-
ria tumidiores descendimus. Hic nihil dissimulabo φί-

conclusum uidetur, quandoquidem Flacco teste,

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Non est opus igitur plura percurrere, quā res in aperto sit. Tantum, quod soletis, attentos uos & beneuolos præstate: conabor pro uirili ne studia uestra male collocata Quintino doctore queri possitis. Ita demum tamen, si & discentes uos, & docentem me, Christus. omnis disciplinæ ac doctrinæ fons & autor, qui dat omnibus affluenter, improperans nihil, inenarrabili sua gratia prosequi dignetur. Hoc uno cælesti iuris & omnium scientiarum monarcha fretus, incipiam declarare rubricam hanc, De uerborum significatione: moris ubique nostri (ne nescias) tenacissimus, non quid contēdam scribens, sed quid putem: non quid fiat semper, sed quid fieri debeat & cupiam, tradens.

Tit. *verbo*.

Rubrica. Rubræ leges. Rubricarū cōtinuatio. Verbum. Verba facere. Significare. Verborum significatio. Tit. de uerbo. & rerum significatione. Verbi triplex significatio. In primis quærenda uerba.

De uerborum significatione.

Rubrica (quæ Plinio lib. 35. rubra terra est) aut minio (cui proxima est rubrica) ueteres legum capita prænotabant, legumque titulos scribebāt. Hinc rubras maiorū leges Iuuenalis quodam in loco nominauit. Pro legibus ipsis & titulis Rubrica sumitur. Persius Saty. V.

Si quid Masuri Rubrica uetauit.

Masurius Sabinus equestris ordinis sub Tiberio Cæsare publicè de iure primus populo respondit, ut autor est Pomponius circa fi. l. 1. de orig. iu. Inter alia quæ scripsit, nonnulla citantur eius responsa de feruis manumittendis, & de obsequijs à liberto præstādis patrono: de quibus lo-